

Nicolaus Möller Ulrich Wiese


[...] Sive de Ritibus Festi Expiationum Dissertatio Philologica : ad Levit. c. 16. &c.

[Jena]: Literis Bauhoferianis, 1689

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756913993>

Druck Freier  Zugang





79


Ja-1092 (19.)



1. Jo. Georgii Hübneri Amundus quod ubi in sua libenter inquit.
 per Pfeiffer, in 30. Marffian fuerit galonum. Witteb. 1795.
2. Lud. Bernh. Kenned Castigationes in Pentateuchum Mertheimense
 Jan. Lips 1797. m
3. Jan. Conr. Schraunius de spiritu Del et anima mundi ad Gen. 1.
 2. Halust. 1799.
4. Jo. Frischmuthus de seditione serpentis antiqui ad Gen. III. Lips Jan 1675.
5. Silenanti Andrea Piccini serpentis iste antiquus seductus ad Gal.
 1. Lips 1686.
6. Jo. Vericus Heintzferus de peccat serpentis irragata ad Gen. III. 14.
 13. Feb. 1796.
7. And. Jan. Habich hofius de trimerbis Euae ad Gen. III. 1. Feb. 1793.
8. Nicol. Stollerus de ritibus festi expiationum ad Levitic. XVI. Jan. 1794.
9. Henr. Klaupigius de $\pi \tau \eta$ $\tau \eta$ ad Gen. XII. 6. 7. Lips. 1797.
10. Jo. Christi Einigt de manu dextra honorare ad Gen. XLVIII. 14. Lips
 1797.
11. Friedr. Lebruhl Gohius de LXX palnis in Elin repentis ad Exod
 XII. 17. et Num. XXII. 14. 19. Lips. 1794.
12. Paul. Schaffhausenius de hirs Azazel ejusque ritibus a lege riffe.
 ris ad Levitic. XVI. 7-10. Lips 1796.
13. Godefr. Christi Beckius de donis mortuis hanc offerend. in idem
 14. Lips 1797.
14. Joh. Gottfr. Laeken akeri commentatio in loca quaedam E. III.
 1. Halust. Halust 1729.
15. Henr. Critius de Crothi et Melhi Gen 1672 reungit 1684.
16. Jo. Leonh. Becker bergens de fasciculo viventi ad +
 Jan 1799.
17. Ernst. Friedr. Cobers de Syria Eoba ad 2. Sam. VIII. 3. 14. Nohel 1792.
18. Christo. Braunhardus de Micropharis Judaeorum. ad
 2. Reg. I. XIII. 5. Witteb. 1680.

19. Aggidius Brauchius de vita Rechabeam ad 1 Reg XII. Witten 1688.
20. Christi. Kerckhoffs de Jobi theologia evangelica. Kil. 1607.
21. Christo. Aug. Heumannus de Sphera Africae reginae Gottin. 1716.
22. Jon. Cor. Schraamius de variis contra Christum Dei filium confutis ad
ad Ps. II. lob. Helmsf. 1727.
23. Jo. Frischmuthus de Messia Dei filio ad Ps. III. 7. Jen 1676.
24. Jon. Cor. Schraamius de maiestate Christi. reventoris ad Ps. VIII. Helmsf.
25. Jo. Christi. Heberichus de dispensatione et confesse. Ps. XXIII et
2 Lam Cap XXII. Lips. 1796.
26. Jon. Cor. Schraamius de Christo in extremis crucis angustiis
XXII. Helmsf. 1727.
27. Joh. Frischmuthus de Eli, Eli Lana Labachlan ad Ps. XXI. Jen 1672.
28. Jon. Cor. Schraamius de triumpho Christi victoris ad Ps. XXIV. Helmsf.
29. Psalm de verbis Christi ultimis morientis ad Ps. XXXI. Helmsf. 1727.
30. 31. Jo. Frischmuthus de unica illa Christi pro reatu se tradente
hymno ad Ps. XL. Jen 1672.
32. Jo. Bernh. Hahnus introductio in אֲדָמָה דְּאֵלֵינוּ Region (1737).
33. Jo. Baeth. Bernh. de loquibili gestione sub N. T. concensio.
ad Ps. 172. Act. 1794.
34. Jo. Frischmuthus de primo quod in Messia fidei epigonal character
ad Ps. XI. 1. Jen 1666.
35. Psalm de secundo. tertio et quarto characteres ad Ps. XXIII.
36. Jo. Georgius Abichius de victoria per un aereum. ad Ps. XXIII
Lips. 1712.
37. Jo. Frischmuthus de non speranda cura foederis restitutione
ad Jerem. III. 14. Jen 1658.
38. Joh. Phil. Ottemius de mendacis sapientibus ad Jer. VIII.
39. Joh. An. - Guesledius de gemis et Davidis fide Christo ad Jer.
XXIII. 5. 1666. Lips. 1734.

40. Jo. Trifhemuthus de nomine divinis gl'ios ad Jerem XXIII. 6. Jan. 1669.
 41. Joan de foedere nois. ad Jerem. XXXI. 31. 32. Jan. 1671.
 42. Joan de Melchetha oculi ad Jerem XLVI. 17. 18. 19. Jan. 1669.
 43. Frider. Ketorius de signatura Saffiracium ad Gen. 1x. 3. 4. 5. 6. Cyp.
 44. Jo. Joffi. Lackmachers de f'itidibus Nebum rep'is aureo ad
 Dan III. Heluff 1740.
 45. Jo. Conr. Schramm de initis regi. Christi in hist'is in v'isio ad
 oculis ad Dan VII. 10. 14. 19. 10. Heluff. 1734.
 46. Jo. Trifhemuthus de LXX hebdomadibus earumque divisione ad
 Dan IX. 26. Jan. 1671.
 47. Joan de Messiae exifine et Hierosolymae desolatione. ad
 Dan IX. 26. 27. Jan. 1672.
 48. Jo. Conr. Schramm de novissimo prophetarum difuc.
 visifinis vaticinis ad Dan XII. v. 2. Heluff 1734.
 49. Jo. Andr. Guastellius de dominab'is egressi ex Bethleem
 ad Mich. 1. 2. Witel 1670. reus ib. 1601.
 50. Jo. Trifhemuthus de gloria templi secundi. ad Hag. II. 7. 8. 9. 10. 16.
 51. Joan de XXX argenteorum pretio quo Messias a Judaeis 69
 annus est ad Zach. XI. 12. 13. Jan. 1672.
 52. Joan de Messia conf'io eoque in stat. unigeniti filii plange.
 20 ad Zach. XI. 10. Jan. 1660.
 53. Jo. Adam. Schertzerus de aspectu Judaeorum in Messiam
 transfossum ad Zach. XII. v. 10. reus Witel. 1735.
 54. Jo. Trifhemuthus de angelo foederis ad Malach III. 1.
 2. Jan. 1660.
 55. Joach. Christ. Doderius de idololatria gentiliu ad Sap. 11.
 2. Hoff. 1606.



תלכוה יום הכפורים

Sive de

RITIBUS FESTI

EXPIATIONUM

DISSERTATIO PHILOLOGICA,

ad Levit. c. 16. &c.

Quam

SCEPTRA MODERANTE ACADEMICA

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO

JOHANNES GVILIELMO,

DUCE SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ AC
MONTIUM ETC. ETC.

BENEVOLO SUPERIORUM INDULTU

IN ILLUSTRIS AD SALAM ACADEMIA

publicæ τῶν συμφιλολογούντων disquisitioni submittent

PRÆSES

M. NICOLAUS MÖLLERUS,

FLENSBURGO - CIMBER.

&

RESPONDENS

ULRICUS WIESE,

HAMBURGENSIS,

Ad d. 9. Novembr. A. C. 1689.

LITERIS BAUHOFFERIANIS.

54

ET MEDITATIONIBUS

RITIBUS FESTI

EXPIATIONUM

DSSERTATIO PHILOLOGICA

ab A. C. 1771

SEPTIMA MODERATA ACADEMICA

SECRETISSIMO PRINCIPIS

DOMINO

IOHANNI GUILIELMO

DUCE SAXONIAE JULIAE GELVIAE AC

MONTIUM TIC TIC

RENEVOLO SUPERIORUM INDULTU

IN HILFARI AD SAEAM ACADEMIA

publice sub auspicio

PRESES

M. NICOLAUS MOLLERUS

TRIBURGO-CIMBER

RESPONDENS

ULRICUS WISSE

HAMBURGENSIS

Ab d. 4. Novemb. A. C. 1771

LITERIS BAUHOERIANIS

VIRO

*MAGNIFICO, AMPLISSIMO AC CONSUL-
TISSIMO*

DN. PETRO LÜTKENIO,

JCTO Consummato

Liberæ Imperialis Reipubl. Hamburgensis

CONSULI Gravissimo.

VIRO

*EXCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO AC CON-
SULTISSIMO*

DN. LUCÆ à BOSTELLN,

U. I. DOCTORI Celeberrimo,

Landatæ Reipublicæ Hamburgensis

SYNDICO Spectatissimo.

VIRO

*NOBILISSIMO, AMPLISSIMO AC CONSUL-
TISSIMO*

DN. GERHARDO LÜTKENIO,

U. I. LICENTIATO Celeberrimo

*DNN. Patronis, Promotoribus ac Mæce-
natibus suis*

Optimis, Maximis, Ætatem summissè Colendis,



Abundanti sanè sapientiâ & ineffabili prudentiâ scater, refertaque tota est veterum Mythologia seu methodus docendi scientias, vivisque quasi coloribus depingendi hac ipsa Virtutes sub imaginibus Hieroglyphicis ænigmatibusque, in monumentis Literariis posteritati relicta. Primariam verò Σοφοί, à Pythagora modestiæ ergò φιλοσοφοί dicti, in eo suam collocarunt operam, ut per suavem & jucundam viam homines indomitos ac ferarum simillimos à feritate ad humanitatem, à semita vitiorum turpissima ad portum virtutum amœnissimum manu quasi apprehensos perducerent; quibus de causis etiam virtutes dearum filias esse dixerunt, indicantes hoc ipso illarum præstantiam ac dignitatem. Non enim credibile est, gentiles sapientiores non solum sensum Numinis summi in sese experientes, sed & ductu luminis Naturæ Unitatem Dei facile investigare valentes, eò pervenisse dementia, ut seriâ mente multitudinem Deorum aut statuerent, aut ullo modo admitterent, quamvis ad captum vulgi se accommodantes, in scriptis suis Deorum sat fat plurium mentionem fecerint, quorum nomine tamen illi haud quàm tot tantasque numero diversissimas essentias divinas, sed beneficia potius æterni rerum Conditoris, perennisque bonorum omnium Fontis, DEI T. O. M. atque ab hoc solo originem suam ducentium Virtutum bonarum Naturam, proprietates atque Excellentiam intellexerunt. Inter reliqua verò omnia ecquis eminere multisque parasaugis antecedere nescit illud & scitu & lectu dignissimum figmentum, quò tres Gratiæ ex Eurynome Oceani Filia & è Jove natas esse tradidit Hesiodus, Poëtarum Græcorum Phoenix, non minus acutè, quàm eleganter scribens :

Τρεῖς δὲ οἱ Ἐυρυνομῆ χάριτας τέκε καλλιπαρήγες
Ὠκεανῶ κύρη πολυήρατου Ἰδὸς ἔχουσα
Ἄγλαίην καὶ Ἐυφροσύνην, θαλίην τ' Ἐρατεινήν.

De quibus Gratiis Pierius Hieroglyphicum format, quando in Apollinis Delphici manu tres insedisè Gratiæ refert, quarum una lyrâ, altera tibiis, tertia fistulis instructa, quibus modulationibus sane jucundis omnium Dearum

Dearumque animos oculosque ad se alliciens convertit; suam simul addens
epicrifin: Antiquitatem, omnis doctrinae sapientiaeque cultioris Magistram
perfectam, hisce nihil aliud, nobis posteris suis, nisi genuinam propriamque
gratitudinis demonstrare ac explicare naturam qualitatemque voluisse, quod
hæc, *siste vera, debeat esse sonora.* Atque hæc sunt, quæ Poëtæ luxuriantes,
ac luce ex Alto carentes Ethnici de Gratitudine scripserunt, cui non minus
cultiores Gentilium per vitam ad nutum se tradidère, ut illam non summo
solum studio totoque pectore excolerent, sed & alios ad illius exercitium exci-
tarent, adeo, ut & Græcos hunc in finem Gratiarum templa extruxisse scribat
Philosophus lib. V. Ethic. Quibus omnibus accedit, quod Sator ille Soli & Po-
li longè sapientissimus, totiusque Universitatis Pater quàm benignissimus
hancce Virtutem Naturæ, matri omnium rerum communi, implantare vo-
luerit, quod inter alia videre est in agris, qui centuplum reddunt, quæ acce-
perunt frumenta; idem elucet etiam in animatis sensibilibus, cujus exem-
plum ciconia est, quæ nido suo emigratura, unum ex pullis hospiti relinquere
solet; nec defunt exempla animatorum rationalium gratitudini incumben-
tium: prodeat inter alia servus ille, qui in signum gratitudinis mortem pro
Hero oppetiit. Hæc omnia verò accuratori paululum mentis indagine me-
cum perpendens, ac V. V. V. M. & E. E. merita numero innumera mihi ex-
hibita in memoriam revocans, non possum non verecundiâ suffundi, tristi-
tiaque commoveri haud exiguâ, quod tenuitati meæ vel ea tantum æmulari
non contingat, quæ tamen ipsi Naturæ implantata esse novi. Hoc itaque
virium mearum defectu deprehenso, non immeritò cogor cum Furnio An-
tonii partes secuto, & ab Augusto totius ferè terrarum orbis Domino, veniam
impetrato, illum grati animi testificandi gratiâ sic acclamante, ita & vos ac-
clamare: O Cæsar (ô Patroni & Benefactores Munificentissimi) & vivo mihi
& mortuo ingratum esse licet. Tot enim tantaque sunt beneficia à V. V. V. M.
& E. E. in me collata, ut mens mea vix ac ne vix quidem cogitationibus (quæ
tamen aliâs in nobis, licet invitis, utramque facere solent paginam) illa exhau-
rire, taceo, condignis laudum encomiis extollere possit. Nam sive bene-
ficia considero & recordor præterita, animum meum præ multitudinem ob-
tundunt, sive præsentia (quæ inter eminet animus erga me benevolus)
aliquid diligentius excutio, totus obstupesco, sive spes futurorum animum
meum occupat, cor me habere cereum, quod à solis calore liquefcit, lubens
agnosco. Verùm enim verò non eam ob causam ex parte succumbam ut-
ràque: novi enim, solis calorem fermentum augere, & animum quasi se e-
levandi communicare. Hoc Symbolo, quod mihi favorem V. V. V. M.
&

& E. E. in lucidissimo speculo quasi comprehensum repræsentat, fretus, tri-
um illarum Gratiarum Collegio adjungam me musico, benefacta in me pro-
fecta si non alio, saltem decenti recordatione, animo, inquam, devoto com-
pensaturus.

V. V. M. & E. E. facile igitur permittent, me vel nubium mutuum
æmulari gratitudinem, quæ eodem, quod à Sole, luce hujus Theatri com-
muni, acceperunt, lumine plures ejusdem in se depingere solent imagines, ut
à quo splendore suo gaudeant, concavo huic mundi sublunari demonstrant.
Offero itaque ex animo devoto V. V. V. M. & E. E. studiorum meorum, qua-
lium, primitias, ne succenseant, summissimè rogans, quod mentem EA-
RUM curis pro Republica occupatam sublimioribus ad aspiciendum vel
brevisimo temporis momento specimen hocce Academicum invitare au-
deam, quò memoriam incomparabilis Benevolentia & Amoris Vestri, qui-
bus nunc insignitus vivo, latè per orbem & orbis famam, ore ita ebuccinare
liceat pleno, ut & consequentium seculorum memoria sciat tam favorem,
quò V. V. V. M. & E. E. excipere nunquam non consueverunt sedulos opti-
marum artium Cultores, quam summam illam Beneficentiam mihi indigno
exhibitam, in qua ut semper erga me persistatis, est, quod summissè oro.
Deum interim T. O. M. nunc & semper pectore supplex venerans calido, ve-
lit V. V. V. M. & E. E. cum splendidissimis familiis clementissimè salvas at-
que ab omni malo incolumes conservare, ut Cujuslibet Familia sibi de sole,
unde nanciscatur lucem, Respublica verò Hamburgensis de singulo Ve-
strum tanquam fulcro solidissimo, cui innitatur, & per quod in dies majora
capiat incrementa, ego vero de Cedro, sub cujus foliis placidè acquiesco, gra-
tulari possim. Id quod intimis cordis suspiriis vovet

Dabam Jenæ MDC LXXXIX.
Kalend. Novembr.

V. V. V. M. & E. E.

Clientis devotissimus

ULRICUS VVIESE.



PRÆLOQUIUM.

Vanta Antiquitatum Ebraicarum sit svavitas ac amantitas, quanta earum ac studii iis impendendi sit utilitas ac necessitas, unumquemque cui quidem illarum cognitionem aliarum rerum notitiæ jungere curæ fuit, experientia propria, rerum omnium Magistra, optimè edocebit. Cum enim, ut jucunditatem pede sicco præteream, non tantum Lex Mosaica; Verum & cæteri Scripturæ S. tam V. quam N. T. libri tantum non omnes hunc thesaurum visceribus suis inclusum habeant, ac proinde & hanc cognitionis clavem, quæ eum recludat, desiderent, per se patet, eum, qui ab hac instructus non est, januam hanc frustra pulsaturum esse. Videntur autem Antiquitates illæ pro ratione materiæ substratæ tribus commodè includi posse libris: Quorum *Primus* de *Eccllesia* atque iis, quæ eo spectant; *Alter* de *Politia*; *Tertius* de *Oeconomia* agere possent. Eorum quilibet rursus in *tres Sectiones* foret distingvendus; Sicuti enim, quæ in iis pertractantur, vel ad *Res*, vel ad *Personas*, vel ad *Actus* a *Ceremoniis* revocari cuncta possunt: Ita his singulis peculiaris assignanda esset *Sectio*. Ad calcem cujusvis libri alia adhuc *Sectio* addi possent, quæ defectus in singulis occurrentes (v.g. in libro I *Templa* æmula, hæreses, idololatriam, &c.) sedulo annotaret. Mihi in presentiarum materiam de **RITIBUS FESTI EXPIATIONUM**, quam pro modulo virium accuratius pertractarem, eligere placuit. Dividitur a, ejus tractatio in 2. *Sectiones*: Quarum *Prior Rituum* horum *Celebrationem* atque *Abrogationem*; *Posterior* eorundem in *Theologia Usus* atque *Applicationem* ob oculos sistit.

4
SECTIO I.

agens de

RITUUM DIEI HUIUS FESTI

partim Celebratione, partim Abrogatione.

Ejusque

CAPUT I.

siftens

DESCRIPTIONES EORUM

Quarum

PRIMA

Desumpta est è Scriptura Sacra

scil. Lev. 16. & 23, 27. seqq. Num. cap. 29. 7.

seqq. collatis aliis.

(a) Lev. 16, 29.
90. c. 23, 27.
seqq. Num. 29,
7.

(b) Ex. 30, 7.
seqq. c. 29, 38.
seqq. coll. c.
Num. 28. 3.
seqq.

(c) De quibus
V. Num. 29. v.
& seqq.

Die mensis Tisri decimo, quo strictum illud jejunium una cum cessatione à laboribus quibusvis imperatum erat (a), appetente, Pontifex M., postquam à media jam nocte altare, holocaustis destinatum, perpurgatum esset, sacrificium jube matutinum pro more singulis diebus recepto in Atrio mactabat, sanguine ejus altare illud adspergebat, & suffitus incensione una cum lucernarum aptatione in Sancto jam peracta, illius inrerea excoriati atque dissecti membra cum libamine & mincha adolebat. (b) Deinde nonnulla ex die hujus auctariis, juvenum scil. & 7. agnos cum additis libaminibus ac minchis (c) in holocausta offerebat. Hinc juvenco subrumo, quem propriis comparaverat sumtibus, coram Jehova ad altare adducto, hircos duos, à populo subministratos, petebat, eorumque alterum dextra, alterum sinistra sua opponebat. His ita dispositis, sortes לִי וְלַיהוָה & לַיהוָה & לְעֹמְדָי in urnam, huic usui aptatam, coniciebat, easque, urna probe succusa, mixtas manibus ambabus edu-

5.
 educebat: Eductarum autem illam, quæ dexteræ obtigerat, hirco
 dexteram versus constituto, sinistrâ ductam hirco ei opposito im-
 ponebat. (d) Post reassumpto juvenco, suorum ac familiæ suæ pec-
 catorum expiationi inserviturò, manu suâ eaque dubio procul
 dexterâ capiti illius firmiter innitebatur, & peccatorum, huic unâ
 cum reatu imputandorum, confessione editâ, eum macerabat (e). (e) *lc. v. 6. 11.*
 His hunc in modum ritè peractis, vestes Pontificales, quibus in-
 ductus hæctenus fuerat, exuebat, & carne suâ ex labro bene lotâ,
 lineas easdemque sanctiores in loco sancto induebat. (f) Iis ami-
 ctus ad altare holocaustorum se conferebat, thuribulum aureum
 prunis, ex illo defumatis, replebat, cumque eo ac cum acerra, suf-
 fitu probè comminuto instructâ, per Sanctum (à cuius interea in-
 gressu cuncti etiam Sacerdotes prohibebantur (g)) in Adytum,
 summâ adversus Majestatem divinam reverentiâ adhibitâ, pene-
 trabat. Quò simul ac pedem intulerat, suffitum prunis ardenti-
 bus injiciebat, ut hinc ascendens densa nubes Arcæ fœderis oper-
 culum aureum eique sub specie nubis gratiosè inhabitantem di-
 vinam Majestatem tegetet, ne eâ curiosius inspectâ, filiorum Aa-
 ronis instar morte repentinâ ac *συνλάτω* consumeretur (h). Suf-
 fitione factâ, ex Adyto in Atrium egressus, juveni sanguinem
 assumebat, quem interea temporis Sacerdotum aliquis, ne coagu-
 laretur ac concreceret, continuâ agitatione miscuerat, eoque in-
 tra Adytum illatò, Propitiatorium ipsum versus plagam orienta-
 lem semel; septies autem pavementum à parte anteriori ei proxi-
 mum digito suo conspergebat. (i) Hinc Atrium repetens, hir-
 cum illum, in quem fors *יִרְדּוּ* ceciderat, pro populi peccatis
 offerendum adducebat, ejusque jugulati sanguine, qui adhuc ca-
 lebat, in Adytum apportato, uti antea, Propitiatorium ac pavi-
 mentum & vicibus perspergebat (k). Postquam sic ipsum inte-
 rius Sanctum ab impuritatibus, quibus Israelitæ circumjacentes
 t. inscii, t. scientes ac volentes illud inquinaverant; se autem ac
 familiam Sacerdotalem ut & Levitas ac universum populum à pec-
 catis expiaverat (l), eo relicto, in Tentorium conventus sive San-
 ctum pedem referebat, illud non minùs ac Adytum ab immunditi-
 e, quam à populo immundo contraxerat, mundaturus (m). Quem
 in (m) *v. 16.*

in finem, simul ac ex Adyto in illud exierat, ad altare suffitus auratum, quod velo proximum erat, accedebat, ejus cornua, & quatuor angulis prodeuntia, sanguine juvenci, quem hircino permiscuerat, primum illinebat, & hinc altare ipsum eodem septem vicibus conspergebat. (n) Adyto ac Sancto ejusque altari aurato sic expiatis, sanguinis reliquias, in Atrium elatas, ad altaris exterioris lembum effundebat. Postea hircum, quem coram Domino vivum stiterat (o), admovebat, & ubi manibus ambabus capiti ipsius impositis, cunctas populi iniquitates, confessione interveniente, juxta cum reatu in eum transtulerat, per virum huic muneri obeundo aptum, in desertum illum emittebat, ut quocumque vellet, liberè abiret. Vir autem ille, postquam hoc suo munere defunctus erat, vestimentis una cum carne sua aqua ablutis, in castra sive urbem licitè revertebatur. (p) Hæc dum a viro isto gerebantur, Pontifex M. in Tentorium Conventus regressus, vestes lineas, quibus in ingressu Adyti usus fuerat, exutas inibi deponebat ac asservabat, & carne in loco sancto bene lota, Pontificales resumebat (q). Hisce opertus, ad ritus diei hujus, qui adhuc restabant, absolvendos se comparabat. Arietem itaq; tumsum tum populi, utrumq; totum in altari victimario offerendum, adhucebat, & immolatorum sanguinem, qui peivibus exceptus erat, adhuc tepentem altari circumquaque inspergebat. Hinc ambos pellibus nudatos ac in frustra dissectos totos cum partibus, prius lavandis, igni S. imponebat, & ceu ignita Deoque grata admodum sacrificia adolebat. (r) Posthæc ablegminibus, quæ in altari confestim comburenda erant, prius exemptis, juvencum atque hircum (s), nec deglubitos, nec fimo purgatos, vestibus imponi, extra castra in locum cinerum exteriorem deportari, ibique super lignorum strue, quæ igni injecta erat, per virum quendam exuri sinebat; Qui illis combustis, ac indumentis cum carne vivo flumine perfusis, in castra, nemine arcente, se referebat (t). Hinc ariete (u) & hirci piaculari pro more solito oblatis, sacrificium jube vespertinum, suffitus incensio & lucernarum aptatio ministeriis, quæ Pontifici M. hoc die incumbebant, manum ultimam imponebant.

ALTE.

7.
ALTERA

E. Tr. Talm. Ioma (edit. Shering.) &

Maimonidis תפין ת' ejusque Tract., qui de Ritibus diei hujus festi agit, petita.

Ubi dies ante Expiationis festum septimus illuxerat, Pontifex M., qui solus omnia obibat ministeria (a) a domo ac uxore sua se junctus, in locum quendam Atrii sanctiorem, Parhedrorum conclavè dictum deducebatur, ne, si interea vel cum uxore menstruatam rem inscius haberet, vel aliâ ratione se commacularet, muneri obeundo inhabilis redderetur (b). Hinc & ne forte inscius pollutus fuerit, verentes, diebus a separatione tertio & septimo vaccæ ruffæ cinere eum aspergebant (γ). Quod si nihilominus labe quadam præter opinionem inquinaretur, Sagen s. Vicarius, ad tempus ei substitutus, vices ipsius in exequendis functionibus sustinebat (δ). Medio tempore diei cujusvis sacrificia jugia ipse offerebat, nec minus aliâ hujus generis munia obibat (ε). Synedrîum M., ut ritè peragerentur omnia, Assessorum suorum quosdam socios ei adungebat, quibus non tantum cum ipso versari, sed & lectioni aliisque ministeriis eum asvesfacere injunctum erat, si, quod Templo secundo stante non erat insolens, rudis & legendi imperitus esset (ς). Hi posteaquam, suarum quæ erant partium, probè executi fuerant, Sacerdotum Senioribus eum in domus Abtines conclavè quoddam defendendum tradebant, qui difficilem aliâ pugillos suffimento ritè implendi morè ipsum ibi edocebant, & juramento simul ad ritum suffiendi debito modo peragendum adstringebant, ne, si forte a Sadducæorum hæresi minus esset alienus, ante suam in Adytum ingressum igni suffitum inspergeret (ζ). His vespèrâ, festum Expiationis præcedente, dimissis, Sacerdotes ætate juniores ei se associabant, ex libris Psalmorum, Proverb. Iobi, Danielis, Esræ ac Chronicorum, si forte literas oblitus esset, quædam ei prælegebant, quæ ob historiarum p., p. & doctrinarum, hinc inde occurrentium, varietatem auditu haud injucunda erant (η). Præcipuis autem sibi ore

(a) Maimon. c. 1. §. 2. c. 2. §. 1.

(b) Tr. Ioma c. 1. §. 1. Maimon. c. 1. §. 3.

(γ) Maim. c. 1. §. 4.

(δ) Ioma l. 6. Maim. §. 3.

(ε) Ioma c. 10. §. 2. Maim. §. 5.

(ς) Ioma §. 30. Maim. l. 6.

(ζ) Ioma §. 5. Maim. §. 7.

(η) Ioma §. 6. Maim. §. 8. Gemara Hie-rosol. ap. Sberingh. p. 18.

- inflatu ludendo aliisque modis à somno, quo obrutus pollui facile poterat, hac nocte eum arcebant (9). Quem simul in finem, licet septidui illius spatio de cibo ejus ac potu nil detraxissent, imò die septimo lautè admodum eum exceperent, hac tamen vesperà immodico aut non decenti se ingurgitare cibo eum non permittebant (i). Post, ubi Ephemerix illius Sacardotum sua cuique sparta assignata erat, & cinerib; circa mediam noctem ab altari jam remota, aurora, solis ac diei prænuncia, plagam orientalem illustraverat, Pontifex M. ad domum lotionis, in loco profano sitam, deducebatur, ut in ea sordes corporis elueret; Quod ille, velo byssino, se inter ac populum extenso, ibidem faciebat (x). Quod si vel senectute vel infirmitate laboraret, aquarum frigus sive ferro candente in eas immisso, sive aquas calidas immiscendo, minuebant.
- (λ) Corpore lotò, vestes Pontificales induebat, & manibus pedibusque purgatis, sacrificium jube cum auctariis quibusdam offererebat. (V. sup.) (μ). Hinc ad domum Happarvæ, quæ in loco sancto erat sita, pergens, postquam, purgatione manuum ac pedum repetitâ, vestes Pontificales exuisset, corpus undâ vice alterâ per-luebat, & albis Pelusiâcis amictus, manuum ac pedum purificationem tertiam subungebat (ν). Sic ritè præparatus, ut ex ordine præscripto (ξ) peragerentur omnia, primum super juveni sui capite peccata confitebatur, nomine ineffabili (יהוה) aliquoties simul in hac confessione (ut & in seqq. duabus) prolato; Quod ubi proferri Sacerdotes & populus audiebant, se incurvantes ac in facies prostrati illud glorificabant (o). Deinde sortitione (de qua sup.) peractâ, hircis duobus, colore, staturâ & pretiò paribus (ω), & Emisarii quidem capiti, mactandi autem collo panni cocinei particulam, formam lingvæ referentem, alligabat (ρ). Post ad juvenicum regressus, ubi suo ac Sacerdotum nomine peccatorum confessionem alteram ediderat, eum jugulabat, & sanguine, qui baculo vel cochleari agitandus erat, Sacerdoti cuidam relicto, ipse suffiendi munus eo, quo sup. dictum est, modo, in Adyto ante lapidem foundationis exequiebatur (σ). Hinc egressus, pre-
- (9) *Ioma* §. 7. *Conf. Seringb. ex Gem. Hierosol. p. 20.*
 (i) *Ioma* §. 4. *Maim. §. 6.*
 (x) *Ioma c. 1. §. 8. c. 2. §. 1. sqq. c. 3. §. 1. sqq. Maim. c. 2. §. 3. 4. c. 4. §. 1.*
 (λ) *Ioma c. 3. §. 5. Maim. c. 2. §. 4.*
 (μ) *Ioma c. 3. §. 4. Maim. c. 2. §. 2. c. 4. §. 1.*
 (ν) *Ioma c. 3. §. 6. 7.*
 (ξ) *De hoc minister. ordine firmitè observando V. c. 5. §. 7. Maim. c. 2. §. 2. & c. 4. ac 5. totis.*
 (o) *Ioma c. 3. §. 8. & c. Maim. c. 2. §. 6. 7. c. 4. §. 1.*
 (ω) *Ioma c. 6. §. 1. Maim. c. 5. §. 14.*
 (ρ) *Ioma c. 3. §. 9. c. 4. §. 1. 2. Maim. c. 3. §. 1. sqq. c. 4. §. 1. circa med.*
 (σ) *Ioma c. 4. §. 1. 2. Maim. c. 2. §. 6. c. 4. §. 1.*

set, precibus, jeuniis crebro repetitis ac penitentia eum sibi rursus placare populus annitebatur. Interea Pontifex M. de hirci in desertum adventu à speculatoribus per sudaria agitata vel alia ratione certior factus (α) ad reliqua, quæ adhuc exhaurienda erant, ministeria ordine supra descripto progressum faciebat, lectione tantum legis & quibusdam corporis manuumque ac pedum lotionibus ut & benedictionibus additis (αα). Sic omnibus diei hujus ministeriis rectè ac ordine absolutis, Pontifex Maximus, si domum salvus rediisset, convivium amicis suis apparabat (β). Quem populus, cui hoc die festo ab omni cibo, potu, lotionè, unctiōe, calcei inductione & concubitu abstinendum erat (γγ), imitatus, diei exacti jacturam vesperi faciebat.

(α) *Ioma c. 6.*

§. 8. *Maim.*
l. c.

(αα) *Ioma c.*

6. §. 7. 8. c. 7. §.

1. §. 9. *Maim.*

l. c. & c. 4. §.

2. *It. c. 3. §. 8.*

§. 9.

(β) *Ioma c.*

7. §. 4. f. *Maim.*

mon. c. 4. §. 2. f.

(γγ) *Ioma c.*

8. §. 1. *§. 9.*

DESCRIPTIO TERTIA.

Rituum Iudæis modernis receptorum.

Hanc cum Anton. Margarita in *Jüdischen Glauben & Buxtorffius* in *Syn. Iud.* (quæ in plerorumque est manibus) c. 25. & 26. suppedient, eorum scruta compilare non lubet.

CAPUT II.

tradens

CIRCUMSTANTIAS HORUM RITUUM

in Tabellis quibusdam exhibitas.

Insti-

CIRCUMSTANTIÆ dividi possunt in

(I) CAUSAS

EFFICIENTEM, quæ subdistinguitur in

Principalem

Instrumentalem

is causa

ir ad

Moralem.

Quo sp.

Instituentem, qui est Deus t. o. m. Lev. 16, 1. sqq.
Administrantem, qui fuit Aaron primus V. T. Pontifex M. Ille inaugurationi, quippe jam octogenario major (Ex. Num. 20, 24. sqq.); Hinc Lev. 16, 32. quis hoc in officio erat, determinatur. Sc. qui (a) qv. *Natales* ex familia A (ab omnibus tnt. animi t. corporis vitiis immunis Lev. *Inaugurationem* (a) Oleo S. unctus (b) manuum impletificium initiatus (c) Vestibus lineis (quæ Pontificales sunt. V. Ex. 28 & Lev. 8. & Conf. Cl. Dn. I. A. Danz. Fautorum Dis. ad Ebr. 9, 7. p. 16. sqq. Sigon. de R. E. l. 5. c. 2. Drus. Seld. de Succes. in Pont. l. 2. toto M. C. Zoëgam amicum in Dis. de Unct. Pontif. M. haud ita pridem Lipsiæ hab

Sacerdotes gregarii, qui ad altare à cineribus expurgendum, sanguinem excipiendum &c. manus fu M. ministrabant.

Is, qui hircum emissarium in desertum abducebat. L. Ab. Ef. & 107 h. l. Dn. Dantz. l. c. p. 102. 103. Sherin p. 134. 135. & Polum h. l.

Qui hircum & juventum extra castra coburendos, i V. Sheringh. l. c. p. 145.

Qui eosdem comburebat. l. c. v. 28. Hic uti & præc Atrio vel urbe egressi erant, immunditiam quam hebant, (ceu probabiliter adm. colligunt Talmud Unde ante ingressum in ea vestes cum carne ipsis sqq. Conf. Sheringh. l. c. p. 145. 146.

Lavandum. Cujusmodi in Tabernaculo Moseis mulierum speculis confectum. (Ex. 38, 8. Dub. Vex. h. l. B. Glaff. in Gramm. S. p. mh. 667 Sacerdotes ministraturi quotidie manus ac p

renda.
rum ablegmina f. Intestina in Atrio super altari holoc. combu-
 Sanguis scil. Juventi & Hirci in Adyto & Sancto spargendus; & Eo-
 Fines 2. *Arctes*, holocausta futuri.
 Quæ l. p. 98. Horum alter erat
 (causæ p. p. p. 38. Tournang. h. v. C. *Emittentis* in aeler-

2
 2
 23
 45
 19
 18
 1
 3
 4
 16
 11
 1

CIRCUMSTANTIÆ dividi possunt in

(I) CAUSAS

EFFICIENTEM, quæ subdistinguitur in

Principalis

Instrumentalem

Physicam, quò doctrinæ ac commoditatis causa referimus instrumenta partim

Moralem, Quò sp.

Instituentem, qui est Deus t. o. m. Lev. 16, 1. sqq.
Administrantem, qui fuit Aaron primus V. T. Pontifex M. Lev. 16, 2. 3. Quoniam a ille inaugurationi, quippe jam octogenario major (Ex. 7, 7.) non diu superfluit (Num. 20, 24. sqq.); Hinc Lev. 16, 32. quis hoc in officio ipsius *Successor* futurus erat, determinatur. Sc. qui (α) qu. *Natales* ex familia Aaronitica esset oriundus (ab omnibus t. n. t. animi t. corporis vitiis immunis Lev. 21, 16. sqq.) Qui (β) qu. *Inaugurationem* (a) Oleo S. unctus (b) manuum impletione ex parte ad hoc officium initiatus (c) Vestibus lineis (quæ Pontificales supponunt) hoc die indutus. V. Ex. 28 & Lev. 8. & Conf. Cl. Dn. I. A. Danz. Fautorem meum jugiter colendum Disf. ad Ebr. 9, 7. p. 16. sqq. Sigon. de R. E. l. 5. c. 2. Druf. in Loc. Diffic. p. 297. 298. Seld. de Succesf. in Pont. l. 2. toto M. C. Zoëgam anicum meum æstimatissimum in Disf. de Unct. Pontif. M. haud ita pridem Lipsiæ habitâ.

Sacerdotes gregarii, qui ad altare à cineribus expurgandum, ignem componendum, sanguinem excipiendum &c. manus suas præbentes, Pontifici M. ministrabant.

Is, qui hircum emissarium in desertum abducebat. Lev. 16, 21. 26. De quo V. Ab. Es. & 177 h. l. Dn. Dantz. l. c. p. 102. 103. Shering. in Not. ad Tr. Ioma p. 134. 135. & Polum h. l.

Qui hircum & juvenem extra castra coburendos, in vectibus exportabant. V. Sheringh. l. c. p. 145.

Qui eosdem comburebat. l. c. v. 28. Hic uti & præcedentes, quamprimum Atrio vel urbe egressi erant, immunditiam quandam Leviticam contrahebant, (ceu probabiliter adm. colligunt Talmudistæ in Ioma c. 6. §. 6. 7.) Unde ante ingressum in ea vestes cum carne ipsis lavandæ fuerunt, v. 26. sqq. Conf. Sheringh. l. c. p. 145. 146.

Lavandum. Cujusmodi in Tabernaculo Mosaico erat *Labrum* ex æneis mulierum speculis confectum. (Ex. 38, 8. Conf. Exc. Dn. D. Pfeiff. Dub. Vex. h. l. B. Glasl. in Gramm. S. p. mh. 667. contra Franz.) Ex hoc Sacerdotes ministraturi quotidie manus ac pedes; Pontifex a. M. & hoc die corpus suum lavabat. V. Ex. 30, 17. sqq. Lev. 16, 4. c. Comm. 177. Huic in templo Salom. successit *Mare encum*. i. Reg. 6, 23. sqq. 2. Chron. 4, 8. V. Exc. Dn. D. Reiherum, Præcept. meum ætatem venerandum in Mathesi Mos. à p. 703-723. De Lavandi Instrumento in Templo posteriori adhibito V. Tr. Ioma passim v. g. c. 4. §. 5. &c.

Incendendum t. suffitum t. sacrificia, sc. *Ignis* S. ac divinus, de quo V. Lev. 10, i. c. 19, 24. c. 6, 5. 6. Abarb. in Proph. Pr. f. 234. c. 4. Boch. Hieroz. P. I. c. 361. sqq. 539. Exc. Pfeiff. D. V. p. 255. 256.

Suffitum in *Thuribulum* sc. *aureum & argenteum*. V. Ioma c. 4. §. 3. in alt. suffitus 4. Maim. c. 2. §. 5.

& in Adyto *Acerra*, in quam suffitus conjiciebatur Ioma c. 4. §. 1.

Mactandum atq; *offerendum*. Cujusmodi instrumenta altaris holocausti

Propria { *Urna* cui sortes indebantur
Thuribulum aureum à priori distinctum sec. Talm. in Tr. Ioma c. 4. §. 4. &c. MA

Altum sufficiens, suffitus sc. mane & vesperi incendendus.

Quotidiana
Ex. 29, 38.
sq. Num.
28, 1. sq.
quæ adhibebatur
vel ad

Oblationem, & erat t.

Inanimata

Simila purissima
Oleum
Vinum

quæ mista conficiebant
Mincham } Horum dimidia
& } pars una offerbatur mane,
Libamen } altera vesperi

COMMUNEM cum

MATERIALEM eamque vel

NB. Si quidem terminis Meraphysicorum uti liceat, distingvi potest in materiam que & quæ V. infra.

Supererogatoria, quotidianæ additâ in diebus festis; Idque vel

Ex parte. Ita, ut t. conveniret, etiam, & quidem l. magis l. minus discreparet à reiiquis part. qvoad

Numerum sacrificiorum
Numerum & sacrificiorum & dierum; ut à festis Annuis Majoribus

Ex toto, sc. cum Festo Minori Tubarum V. Num. 29, 1. sq. - 12. Hebdomario seu Sabbato Num. 28, 6, 10. Et hoc cum Expiationis festo quoadque coincidebat Mensurus seu Neomenia. Num. 28, 11. sq. Annuo & quidem Majori Pentecostes. Num. 28, 26. sq. Paschatos. Num. c. 28, 16. sq. Tabernaculorum Num. 29, 12. sq.

PROPRIAM quæ vel

Inanimata eaque vel

Qua. f. Totum Cujusmodi erant
Qua. f. Partes

Juvenus. וַיִּבְרָךְ בְּקָרָו v. 3. De Vocibus hisce & idiotismo in iis occurrente V. Bochart. Hieroz. P. I. c. 28. c. 276. sq. c. 280. 281. B. Glass. Gr. S. p. 131. sq. Nold. in Conc. Part. p. 1021. 1022. Vorst. in Phil. S. de Ebr. N. T. l. 3. c. 13, 2. Hirci, טַעֲוִירֵי עֵיִם De iis V. post Lexicographos Bochart. l. c. c. 620. 640-646. & in Geogr. S. ejusque parte I. p. 483. Seld. de Diis Syr. (edit. Lips.) p. 38. Hotting. H. O. p. 198. Horum alter erat Arietes, holocausta futuri. Sanguis scil. Juvenci & Hirci in Adyto & Sancto spargendus; & Eorum Ablegmina s. Intestina in Atrio super altari holoc. comburenda.

FOR.

Suffitus incensio {
Cujus diei, qui sunt {
 Oblatio holocausti (cum Mincha & libamine) mane & Vesperis facta In hac & sqq. considerandi veniunt Actus

Suffitus incensio, eadem cum preced.
Oblatio holocausti. {
Quotidiana
 cum Minchis & libaminibus {
Supererogatoria,
 2. agn.

Dierum festorum mensurui & anniversarij sunt itid. {
Suffitus incensio ead.

matutina
 Vespertina
Offerentium t. Sacerdotum (sc. in sacrificiis publicis & propriis. Ex. 29, 38. sqq. v. 10. sqq. Lev. 8, 15. sqq. 2. Chron. c. 29, 22. sqq. v. 34. sqq. Lev. 4, 3 sqq. &c.)
 t. *Plebejorum* in sacrific. privatis. Quod not. contra Iunium & Varenium in Levit., qui actus omnes, exceptis 3. prioribus, tribuunt Sacerdotibus ministrantibus; Unde frequentes illæ eclipses in vers. Iunii contra mentem Sp. S. intrusa. Exemplum, quæ obj. agunt de sacrific. publicis & Sacerdotum *Sacerdotum ministrantium*

Adducti
 coram
 in Lev
Impositi
 Victim
 ghtf. p.
 Dantz.
 a. qua
 Shering
 quadra
Confessio
 Toma h
 Annot
 101. & a
Mactatio
Excoriatio
Dissectio
Extormentum
 ma c. 2. §
 p. 43. B.
 576 577.
 Sacrif. I
 Conf. &
Sanguinis
 exceptio
Ejusdem
 in altari
 Ignis in ec
 Lignorum

MALEM seu Actus eosque vel

COMMUNES huic diei festo cum Actibus

Sabbati, qui sunt

II. ADI.

rum & applicatve eq. Infrumenta expiant, us, qui Messiam mortuum, in sacrificiis inaneis licet ob- scurioribus adumbratum, vera fide intuebantur, ejusdem beneficia applicando.

f. Media V. A.

2
 2
 23
 45
 10. 2
 18. 2
 7. 2
 3
 4
 1
 2
 3
 16.
 11.
 10.

FORMALEM seu Actus eosque vel

COMMUNES huic diei festo cum Actibus

PROPRIOS qui sunt vel

Cujusvis diei, qui sunt

Sabbathi, qui sunt

Dierum festorum mensurari & anniversari qui sunt itid.

Prepararii s. Antecedentes sc. Formales s. stricte distincti. Expiatorii

Consequentes, V. pag. seq.

Suffragium incensio

Oblatio holocausti (cum Mincha & libamine) mane & Vesperti facta In hac & sqq. considerandi veniunt Actus

Suffragium incensio, eadem cum preced.

Oblatio holocausti cum Minchis & libaminibus

Suffragium Incensio ead.

Oblatio Holocaustorum

Sacrific. Expiatoriorum. Hirci sc. unius vel duorum.

Lotio totius corporis, ante vestium linearum summionem peragenda; Erant enim, ceu Spir. S. addit, vestes Sacrae, & ideo, corpore for-
dibus adhuc inquinato, non induenda. Lev. 16, 4.

Sumtio vestium linearum. I. c. vers 4.

Sortitio; Ingressus in Agyum ter repetitus; Suffragium v. 7. sqq.

Sparasio sanguinis juveni & hircini aliquoties facta

Translatio peccatorum in hircum emissarium conjuncta cum ejusdem emissionem in desertum.

Oblatio 2. arietum in holocausta: V. Abarb. h. l. cujus versionem habet Dn. Dantz. I. c. p. 71. Cum hisce non confundendus est ille, de quo Num. 29, 8. Quod tamen fecit Maimon. c. 1. & §. 1. c. 2. §. 2.

matutina

Vespertina

Offerentium t. Sacerdotum (sc. in sacrificiis publicis & propriis. Ex. 29, 38. sqq. v. 10. sqq. Lev. 8, 15. sqq. 2. Chron. c. 29, 22. sqq. v. 34. sqq. Lev. 4, 3. sqq. &c.) t. Plebejorum in sacrific. privatis. Quod not. contra Iunium & Varenium in Levit., qui actus omnes, exceptis 3. prioribus, tribuunt Sacerdotibus ministrantibus; Unde frequentes illa ellipses in vers. Iunii contra mentem Sp.

Sacerdotum ministrantium

Quotidianorum Supererogatoriorum

Sacrific. Expiatoriorum. Hirci sc. unius vel duorum.

Adductio in Atrium ad altorum Domino. V. Comm. in Levit. passim.

Impositio manuum in caput Victimae. Quo deritu V. Lighf. p. 965. Boch. P. c. 657. Dn. Dantz. I. c. p. 101. 102. Ratio a. quam affert Philo apud Sheringh. p. 62. 63. huc non quadrat

Confessio peccatorum. V. Tr. Ioma hinc inde & Sher. in Annot. Dn. Dantz. p. 88. §. 101. & alios.

Mactatio

Excoriatio

Dissectio

Extorum ablutio. V. Tr. Ioma c. 2. §. 7. c. Gem. ap. Sher. p. 43. Boch. Hieroz. P. I. c. 576. 577. Gvil. Outram. de Sacrif. I. r. c. 15. p. 147. sqq. Conf. & sqq. capp.

Sanguinis in pelvi s. Cratere exceptio

Ejusdem sparsio circumquaq; in altari victimario facta.

Ignis in eodem compositio

Lignorum digestio

Victimae vel totius (in holoc) vel partium (in aliis) facta incensio

B 3

Fl.

Consequentes { *Vestium lineae* cum Pontif. praviâ corporis Iotione facta *permutatio* Lev. 16, 23, 24. Quæ tamen ipsa resp. oblat 2. arietum ad Anteced. referenda
Adipum (sacrificiorum piacularium) in altari holocaust. *exussio*. v. 25.
Sacrificiorum piacularium (juvenci & hirci) *combustio*. NB. regulam Paulinam Ebr. 13. 11. è Schola sacrificiali Lev. 6, 30. desumptam & conf. Lev. 4, 6. 11. 12. 21. C. 9, 11. C. 16, 26.

FINALEM f. Expiationem Circa hanc a notanda sunt

Objectum	Reale	Sanctum Sanctorum Sanctum & Altare suffitutus	Sacerdotes (NB. Levitæ potius cum Dn. Dantz, ad Sacerd. quam cum Ab. Ef. ad v. 3. & Varenio ad populum sunt referendi)	Summus uas' ἐξοχ' (V. Dn. Dantz l.c.p. 7. fqq.) qui, uti aliis (V. Lev. 4, 4. fqq. c. 8 & 9); Ita & hoc die ipsum expiare poterat.
	Personale quod comprehendit Statum t,	Hierarchicum ad quem pert.	Imperantes f. Magistratus	Reliqui Voce n. פְּרָשִׁיׁם non uxor Pontif. M.; sed familia Sacc. intellig. V. h.l. v. 6. 17. 30. 33. Hi erant vel
Terminus à quo resp.	Rerum מִנְחָה	Politicum. qui v. 5. 17. 33. populus, catus Isra. vocatur & div. in	Parentes f. Plebem quæ div. in Tribus 12. Familias Civit. incolas	Superiores. Reges ante & post Exilium Bab. Quò post Mo sen & Iosua am Sp. Inferiores. Principes f. Duces Phylarche f. Tribuum Patriarche f. Familias. Politarcha f. Civit. Principes vel magis vel minus iiq; vel Togati, sc. l. Sagati. Cujusmodi erant
	Personarum מִנְחָה	Leviore supponenda è v. 16. v. 16. 21. Graviora מִנְחָה v. 21. 34. eaq; t. Gravissima מִנְחָה v. 16. 21. adeoq; omnia peccata		Indicibus
Modus Expiabant sc. Juven- ci ut & A- sietas	Non absolute & ex virtute propriâ Sed Respective respiciendo			Antitypum Messiam sc. ejusque sacrificium cruentum pro expiatione totius mundi peccatorum in cruce olim peragendum; Ubi tq. typhi & corpora qf. vicaria illum in cruce expansum repræsentabant & ob oculos ponebant. Ordinationem Divinam: Et sic non tantum Leviticis; Verum & applicativè tq. Instrumenta expiabant, iis, qui Messiam moriturum, in sacrificiis lineamentis licet obscurioribus adumbratum, verâ fide intuebantur, ejusdem beneficia applicando.
Instrumenta f. Media V. Actus formales				

Conse- { *Veſtium lineæ* cum Pontif. præviâ corporis Iotione facta *permutatio* Lev. 16, 23-24. Quæ tamen ipsa resp. oblat 2. arietum ad Anteced. referenda

quen- { *Adipum* (sacrificiorum piacularium) in altari holocaust. *exustio*. v. 25.

tes { *Sacrificiorum piacularium* (juvenci & hirci) *combustio*. NB. regulam Paulinam Ebr. 13. 11. & Schola sacrificiali Lev. 6, 30. desuntam & conf. Lev. 4, 6. 11. 12. 21. c. 9, 11. c. 16, 26.

FINALEM. Expiationem Circa hanc a, notanda sunt

Objectum	Reale	Sanctum Sanctorum	
	Personale	Sanctum & Altare suffitutus	<i>Summus</i> נאד' עֶזְרָיִם (V. Dn. Dantz. l.c.p. 7. fqq.) qui, uti aliàs (V. Lev. 4, 4. fqq. c. 8 & 9); Ita & hoc die se ipsum expiare poterat.
Terminus à quo resp.	Rerum	Hierarchicum	<i>Reliqui</i> Voce n. פְּרָשִׁיטִים non uxor Pontif. M.; sed familia Sacc. intellig. V. h.l. v. 6 17. 30. 33. Hi erant velim Indices
	Personarum	ad quem pert.	<i>Superiores.</i> Reges ante & post Exilium Bab. <i>Inferiores</i> Principes f. Duces <i>Phylarche</i> f. Tribuum <i>Patriarche</i> f. Familias <i>Politarche</i> f. Civit. Principes <i>Princeps militia</i> f. Imperator <i>Tribuni, Centuriones, Quinquagenarii, Decuriones.</i>
Modus Expiabant	Non absolutè & ex virtute propria	Politicium. qui v. 5. 17. 33. <i>populus, cæctus Isra.</i> vocatur & div. in	<i>Imperantes</i> f. <i>Magistratus</i> t. <i>Parentes</i> f. <i>Plebem</i> que div. in <i>Tribus</i> 12. <i>Familias</i> <i>Civiti.</i> incolas
	Sed Respective respiciendo	Leviore חֲלִיבָה hic supponenda è v. 16. Graviore חֲבִיבָה v. 21. Gravissima חֲבִיבָה v. 16. 21. adeoq; omnia peccata	<i>Quò post</i> Moſen & Iosuaam Sp. <i>vel magis vel minus</i> iiq; <i>vel Togati</i> , sc. <i>iusmodi</i> erant
	Antitypum Messiam sc. ejusque sacrificium cruentum pro expiatione totius mundi peccatorum in cruce olim peragendum; Ubi tq. <i>typi</i> & corpora qf. vicaria illum in cruce expansum repræsentabant & ob oculos ponebant.		

ORDINARIA quò sp.

(II) ADIUNCTA quæ sunt vel

Loca t.

Culta
& quid,
vel

Intra Castra & Urbem, Tabernaculum scil. & Templum latè sumta, quatenus complect. loca

Extra Castra, Locus Cinerum exterior, in quo iuventus & hircorum alter comburebantur

Incultus, Desertum scilicet, in quod hircus emissarius abducendus erat. De quo V. Comm. Rabb. Lightf. in Ho. E. p. 99, 100. Roch. in Hieroz. l. c. 658.

Tempus e-
jusq; t.

Mensis. Tisri scil. anni civilis primus, sacri septimus. V. Arab. in l. Reg. 8, 2. f. 225. col. 3. Iun. in Ex. 12, 2. Dn. Dantz. Disf. cit. c. 3.

Dies mensis huius decimus. V. Sheringh. l. c. p. 13. Walth. in Harm. ad Lev. h. l. & quæ ab aliis Aa. de ratione diem civilem apud Iudæos inchoandi monentur.

Connexa
alia

Convēnius populi,
Cessatio à laboribus

Ieiunium vel Afflictio anima. V. de eo prol. tum Talm. & Rabb. t. Christianos, & Excell. Dn. D. Opitium Præcept. meum Patris loco habendum in Disf. de lejun.

EXTRAORDINARIUM quale fuit

Clangor Tubarum quinquagesimo quoque anno editus, quando Annus Iubilæus in hunc diem festum incidebat. Lev. 25, 9. Ut, quo die peccatorum suorum veniam flagitabant, eodem etiam delicta fratrum solverent, atque adeo dies mæroris miseris in solatium verteretur; Quæ est observatio Poli ad h. l. De Iudæis modernis hunc ritum imitantibus V. Buxt. Syn. Iud. p. m. 536.

Communia Atrium

Sanctum h. l. Tabernaculū Conventus dictum

Proprium, Sanctum Sanctorum f. Adytum h. l. וְיָדִיעַ דִּיקִּיָּא resp. Sancti f. וְיָדִיעַ דִּיקִּיָּא sec. Aben. Ef.

CAP. III.

CAPUT III.

exhibens

OBSERVATIONES

QUASDAM.

Inferenda hic equidem fuissent observationes quaedam in rituum diversitatem, quæ in descriptionibus capituli I occurrit, ut & in eius causas ac alia quaedam accuratius inquirentes, si chartarum angustia & studiosa prolixitatis evitatio id permisisset.

Sic v. g. circa descriptionem *è S. Literis haustam* notandum fuisset, *Spiritum S.* non facile momentosam aliquam circumstantiam in ea omisisse; *De ea itaque* valuisse illa Ex. 25, 40. & Deut. 4, 2. *Et hisce monitis* pios Reges, Principes ac Pontifices minimum ad excessum usque Prophetarum morem gessisse, nec in ritibus uti aliis, ita & hisce mutationem ullam suscepisse, ceu clarè satis elucefcit ex Efr. 3, 2. sqq. c. 6, 18. sqq.

Circa descriptionis *Talmudicae* ritus observari potuisset, eos istiusmodi Doctoribus originem debere, qui externas Ceremonias quam interna sectari maluerunt, nec Verbo Dei traditionum affumenta annectere religioni sibi duxerunt. Afferri potuissent perversi hujus moris *causa t. communes*; Cujusmodi sunt: *Estimium verbi* divini justò minus; *Nimum autem loci sacri*, ceremon. & cultus externi &c. Quod excepit *arrogantia & fiducia* in iis posita; Hisce paulatim succedit *genium ac interni* legum divinarum *sensus oblivio*, cui promovendæ per *Sectarios & traditionum consarcinatores* hostis ille divini cultus infensissimus manus obstetricantes admovit. Tum *speciales & propria p. Ordini Ecclesiastico*, qui in Theologia Thetica t. rudiori s. Catechetica, t. accuratiori, in Exegetica, Polemica, Homiletica &c. omnino fere deficiebat; *P. Politico*, qui, cum utriusque Tabulæ custodia ipsi incumberet, nil minùs quam legem ac cultum divinum curabat; Unde tandem, hæreticis ac Traditionariis invalescentibus, superstitiosa ac ad miraculum usque *insana* traditionum exofculatio obtinuit.

CAP. III.

tiavit. Ex quibus omnibus prognata est irreligiosissima illa & ex
 meris fere hominum commentis confuta religio, Talmudi post in-
 clusa; Cui g. in cunctis asurgendum non est. V. Joseph de A. J.
 à l. n. usque ad f. Lightf. in Hor. Ebr. pass. Ant. Margarita, C. Ger-
 son. Buxtorf. in Syn. & Hist. Eccles. Scriptores circa finem Veteris
 & initium N. T. & in his Hotting. c. i. Sect. I. ac Magnif. Dn. D. C.
 Kortholt. Acad. Kilon. Pro-Cancell. Præcept. meus omni observan-
 tiæ cultu ætatem de venerandus in Colleg. MSC. Sec. I. Sect. I.

CAPIT IV

sistens

QVÆSTIONES QVÆSDAM CONTROVERSAS.

Qv. I.

Quid sibi velit vox **וְיִשְׂרָאֵל**? quæ habetur
 Lev. 16, 8. sqq.

Resp. Tria circa vocem hanc controversam occurrant notanda
 (α) *Ejus scriptio* (β) *Origo seu Derivatio* (γ) *Denominationis*
subiectum. Licet enim compositum hoc, retentis omnibus sim-
 plicium radicalibus, originem primo intuitu monstrat, eodemque
 modo cunctis in Codicibus scriptum reperitur; Multi tamen
 multos in simpulo excitare fluctus non dubitarunt. *Lud. Capel-*
lus, ne caprum hunc silentio prætermittat, Criticæ suæ, quam in-
 scribit Sacrae l. 5. c. 6. p. 350 post in. monet, Vocem hanc antiquitus
 non conjunctim, sed divisim **וְיִשְׂרָאֵל** scriptam fuisse, idque pro-
 bare ex Codicibus, si Diis placet, Ebrais fatagit, quos à nostris
 longè diversos Aquila & Symmachus adhibuerint: Ille enim ver-
 tit *τρεῖς γὰρ ἀπολελυμένοι*; hic *ἀπερχόμενος & ἀποποιμαῖος*. Ve-
 rum cum Codices hi diversi nusquam nisi in Uthopia hactenus appa-
 ruerint, puncta vocalia pro ingenii nostri conjecturis non sint mu-
 tanda (substituit enim (..) pro (-)); Cum it. Textus non ex Ver-
 sionibus, sed hæc ex illa tanquam norma siut dijudicandæ, & In-
 terpp. multis in locis non Metaphrastas sed Paraphrastas egerint

C

&c.nos

&c. nos caprum illum bñdum missum facientes, ad eos pergimus, quibus (β) in *Originem* vocis hujus, & quæ hinc pendet significationem, inquirere cordi fuit.

Ubi quidem nonnulli desertâ Matre Ebræâ, ad ejus filiam, linguam puta *Arabicam* confugiunt, inque ea ad Rad. عز removit separavit; Unde descendit vox عز, cujus plur. عز per عز ceu ajunt hic efferatur. Sententiam hanc,

quam tamen se tanquam conjecturam asserre profitetur, proponit & magno nolimine adstruit lumen illud literaturæ Orientalis haud obscurum, Cl. *Bocharius* in Hieroz. P. I. c. 54. c. 673. seqq, balfatores nactus B. Noldium in Annot. ad Conc. Part. p. 1006. c. 2. & 1007. c. 1. Polum ad Lev. 16. & alios è scriptis editis jam notos, Rationes ejus, quas I. c. affert, sunt seqq. (a) *Derivationem* Vocis hujus ac ejus significationem cum radicis modò traditæ significato apprime congruere (b) Multas, in quibus geminatas inter radicales) inferatur, huic similes in Arabifino dari formas (c) Sententiæ huic contextum favere.

Verum Resp. partim *in genere*, à Matre Ebræa non esse recedendum, nisi radicem amissam esse, certò constet; Quod enim nunquam amisit vel mutuo filiabus dedit, repetere ab iis non potest, multò minùs id, quo abundat ipsa, ab iis emendicare. *In specie* Resp. ad (a) Convenientiam quandam inter radicem Arabicam atque hanc vocem dari, inficias iturum esse neminem; Verum longè majorem & subjecto separationis longè convenientiorem, retentis insuper omnibus simplicium literis, in lingua Ebræa apparere, non minùs certum est. Ad (b) Non esse quæstionem, an huic formæ aliæ similes eademque non pauca in Arabifino dentur; sed: An lingua Ebræa (posito, non concessò, ex lingua Arabica hanc vocem assumptam esse) istiusmodi formas numeri pluralis integras servare, ac non potius ad formam Ebraicam inflectere debuerit. Sane dantur in Scriptura S. v g Esth. 8, 10. Dan. 3, 2 3 &c. Voces ex Persifino assumptæ, ceu Philologi nonnulli volunt, quæ tamen non Persicam, sed vel Chaldaicam vel Ebraicam assumunt

ter-

terminationum. *Ad (c)* Non minus nobis ac illi *ova Qelas* textus favere, quod eum conferenti obscurum esse nequit. Quâ tamen responsione lingvæ Arabicæ eique quod à Viris Atabicè doctis dudum merita est, encomio uti & Viri hujus undequaque Celeberrimi famæ nihil detrahitur. Videtur autem Cl. Bochartus in eodem cum aliis literaturæ hujus ut & Rabbinicæ columinibus hæsisse luto, qui eo, quo Helenam suam deperibant, amore excæcati, rem ob oculos positam videre vel noluere vel non potuere; sed huc illuc in ipsa luce meridiana palpantes ad alia, quæ mente jam conceperant, dilapsi sunt. Præterea nova, ut fieri amat, delectant; Vetera, licet haud rarò veriora, sordent.

Eorum, qui intra *lingvæ Ebrææ* hamisphærium subsistunt, alii hanc *V*. deducunt ab *NY* robustus, asper fuit & *NYN* Deus, & sic significaret montem asperum Deit; i. e. excelsum (V de hæc *pâtes* B. Glass. in Phil. S. 1 3. p. 63. 64, unâ cum Epicrisi p. 65-69.) Verum rectè Aben-Esra in h. l. & post eum Boch. c. 651. c. R. Levi monet, Mofi sic non *NYN*, sed *NYNY* scribendum fuisse; Radices enim diversas non facile misceri. Alii itaque & quidem omnium rectissimè vocem hanc conflatam esse statuunt ex *NY* Caper & *NYN* abiit in desertum scil. seu abruptum deserti locum. Huic enim sententiæ favet (1) *Originatio*, quæ simplicium literas radicales in composito integras servat & commodum pariter sensum fundit (2) *formatio ac compositio*, quæ & in aliis nominibus tam appellativjs quam proprijs, quibus hoc præsens quodammodo est accensendum, quamvis rariores, non tamen omnino sunt inusitata. V. B. Glasii Tr. de Nom. Propr. Gram. ipsius S. sub-junctum Obs. 2. p. 762. seqq. B. Wafnut. in Ebr. Restit. p. 41. Cl. Pfeiff. Introd. in Or. p. 100 f. & 101 in, ut & in Dub. Vexat. ad h. l. br. *Objic.* quidem Cl. Boch. & ex eo B. Nold. ac alii V. *NY*, quæ generis est fœminini, non posse componi cum masc. *NYN*. Verum Resp. V. *NY* non capram tantum verum & caprum, arietem, & hædum denotare, quomodo & LXX Int. sæpe transtulerunt. V. Kircheri Conc. Gr. V. T. P. II. c. 691. 692.

Quod denique (3) *Denominatio subjctum* concernit, notandum venit, Philogos tum Ebræos tum Christianos hic in par-

tes scindi; Dum alii *hircum* qui abiit; Alii *locum*, quò abiit; Alii adhuc *adsum*, *absentem* de seu separandi hoc nomine insigniunt: Ea enim sententia, quæ cum Gentilibus & Judais quibusdam Damoni cuidam, cui hircus ille emissarius oblatas quotannis fuerit, tribuendum putat, hisce connumerari non meretur, cum non tantum se ipsam refutet; Verùm & impietate suâ invisam se ac diris devovendam, reddat omnibus. Conf. Boch. l. c. *Tertia*, quæ est Cl. Bocharti, originatione rejectâ per se ruit. *Prima* autem & *secunda* facile videntur conciliari posse, si cum Schindlero in Lex. Pentagl. primariò hanc vocem hircu; secundariò autem loco, quò abiit, non tamen præcisè monti tribuas, quò Objectio Cl. Boch. c. 65; & ex eo aliorum (רֹמֶן מִדִּינִי scil. nomen montis, uti aliis, nullibi in S. literis adjectum esse) declinetur. Conf. V. 22. Putat equidem Cl. Bochastus; hac expositione stante versiculi octavi sensum sibi constare non posse. Sed regeri potest, *q̄* illas לִירְוֹן לִירְוֹן & לִירְוֹן לִירְוֹן non esse sec. lunium & alios transferendas: Sors Domini, Sors Afafelis; Nec cum Cl. Boch. vertendas: Sors (jacienda) in hircum Domino iactandum, in Afafelem; sed h. m. Sors (cui inscripta est Vox) לִירְוֹן לִירְוֹן. Hanc enim, non aliam versionem requirit vocem harum positus, ut & accentuatio, quæ habetur in v. 9. & 10. Conf. Maimon. c. 3. §. 1. Quod si autem hæc ex Schindl. petita conciliatio alicui non foret ad palatum, haud incongruè asseri posset, præfixum ה in V. לִירְוֹן לִירְוֹן (vers. 10 in f.) esse hic notam casus, ceu Gramm. loqui amant, accusativi; (Exempl. farraginem V. ap. B. Nold. l. c. p. 447. 448.) Integram autem Vocem tanquam antecedens unâ cum relativo לִירְוֹן hic denuò expressam esse per idiotismum quendam Ebraeorum, cujus aliquot exempla huc (omniò facientia suppeditant Buxtorf. in Thes. Gram. p. n. h. 411. 412. & ex eo B. Glass. in Phil. S. J. 3. p. 216. V. cumpt. Jer. 27, 8. Ex. c. 35, 5. Jos. 1, 2. Ita versiculi ut octavi, ita & decimi sensus sat commodè h. m. fluere; *Et imponet Aaxon duobus illis hircis sortes: Sortem alteram (cui inscr. V.) לִירְוֹן לִירְוֹן; Et sortem alteram (cui inscr. V.) לִירְוֹן לִירְוֹן Hircus v. ille, in quem ceciderit sors (cui inscr. V.) לִירְוֹן לִירְוֹן, sistetur vobis coram Domino ut (postea) expia-*

tio super ejus capite fiat; Et ut (hinc) emittat (Pontifex M. v. 21. 22.) eum, *Asafalem scilicet*, (qui, cum antea hircus tantum vocaretur, jam post impositam sortem *Asafel* dictus est) in desertum.

Qv. II.

An Pontifex M. Adytum ingresurus, præter 4. lineas, aureas quoque seu Pontificales induerit.

Resp. *Affirmativam* tuetur Joseph, l. 6. p. mh. 412. a, ubi descriptionem Hierosolymorum, templi & Vestium Pontificium tradit. Verba ejus sunt seqq. *Ea quidem vestie* (i. e. Pontificali, de qua in præced. egerat) *non semper, sed aliâ ambitiosa utebatur; Illâ vero* (Pontificali) *si quando adyta introibat. Solus autem at quo semel in anno intrabat, quo die cunctos jejunare mos erat.* Conf. Id. l. 2. contra App. p. mh. 464. a post med. Hunc sequitur Hieronymus in Ep. ad Fabiolam cit. à Sheringh. l. d. p. 178. & 167. Vestigia horum premit Aben-Esra in h. l. (cujus verba Ebraica ur & aliorum Ebraorum hinc inde citatorum prolixitatis vitandæ ergo omittere lubuit) & ex eo sua desumpsit Junius annot. in h. l. qui statuit, aureas s. splendidas Pontificales per ellipsin hic esse subintelligendas. *Verum rectius hęc sentiunt Talmudistæ in Tr. Joma c. 3. §. 7. וְהָיָה בְּיָמָיו* in h. l. præse in hærens literæ (cujus versionem suppeditat Seldenus l. 2. de Success. in Pontif. c. 7. p. 235); Quorum sententiæ accedunt Sheringh. l. c. Polus ad Lev. 16. & Varen. Dec. 4. in Lev. L. 3. Concl. 2, qui rectè urget partim silentium textus Ebrai ejusque claram literam (vers. 4.) partim (V. Polum) quod, uti totum populum, ita & Pontificem M. decuerit, habitu marientis ac penitentis coram Deo apparere. Idem præterea observat, loca, quæ habentur Ex. 28. 29. 30. 35, cum de ordinario ministerii tempore in Sancto, non de extraordinario in Adyto agant, huic nostro non adverstari.

C 3

Qv. III.

Qv. III.

An vestes illæ lineæ (de quibus Lev. 16. v. 4. agitur) peculiare vestimentorum S. genus constituerint huic diei proprium: Et per consequens non 8. tantum, sed 12. Pontifici M. fuerint vestes S.?

Resp. Dubium aliquod insigne hîc movet Joh. Seldenus, Anglus ille doctissimus citato l. 2. de Succ. in Pontif. c. 7. p. 228. seqq. Hic in vulgari illa Sigonio, Cuzæo aliisque Philologis recepta vestium Pontificalium divisione, quâ in 4. byssinas seu lineas & 4. Aureas seu splendidas eas dispartuntur, non acquiescens, duâ Ebraeorum, ceu profitetur & præsentis loci eas in 3. distingvit genera; In 4. scil. *Bysinas* (שש). Tunicam strictam (Camisiam) Femoralia, Pileum & Baltheum, quæ Pontifici M. cum Sacerdotibus gregariis fuerint communes, nisi quod illius Pileus ac Baltheus cæteros ornatu aliquantum superarint pag. 229. 230; In *Aureas* (אורי) (ob aureum lanæ coloratæ ac lino inter textum ac alias hinc inde adhibitum sic dictas,) quæ (Pontif. M. propriæ) fuerint Pallium, Ephod. seu Epomis, Pectorale seu Rationale iudicii & Lamina seu Diadema p. 230-235; & in *Lineas* (לני) h. l. dictas), quæ quidem cum vestibus primi generis ex parte coinciderint; *Materia* tamen partim ab iis discreparint (Ex lino enim purissimo fuisse confectas) partim *Uso*, quoniam semel tantum in anno, ubi Sacrarium interius ingressurus erat, ab ipso gestatæ fuerint p. 235. 236. Quid de hac sententia sit habendum, meum non est iudicare; Iudicent emendiores. Interim, cum in illa ad minutias usque accuratissima Vestium Pontificalium descriptione, quæ Ex. 28. & c. 39. tanquam in genuina sede habetur, de 4. ultimis nec vola nec vestigium exstet; Cum lino & byssus pretiositate quidem, non tamen toto genere discrepent, unde Onkelos & בני ברך רש"ב & בני ברך ב"ר ב"ר pro iisdem hic sumunt. (De LXX. Int. conf. Kirch. Conc. P. I. c. 596. f.); Cum Ex. 39. 28. feminalia, quæ ex bysso

contorta erant confecta, expresse dicantur ⁷² linea, unde hanc Vocem Chald. Paraphr. tanquam eandem cum bysso ibidem omisit; Cum denique h. l. ne *yeð* quidem de iis conficiendis habeatur, sed illa tanquam jam antea confecta hic præsupponantur: Quicquid sit de Josephi ac Philonis autoritate sapius non authenticâ, minimum manet dubium, an à vulgari illa hactenus recepta sententia, quæ Scripturæ S. videtur conformior, sit omnino discedendum. Nisi dicere velis, vestium harum linearum, quæ quippe soli huic festo dicatæ ordinariis accensendæ non veniant, ante hujus institutionem non potuisse fieri mentionem; Et præterea Baltheum, qui in Ex. l. c. opere plumario confectus esse dicitur, hic appellari lineum; Vers. it. 23. asserti, vestes lineas, quæ haud obscure aliis (de quibus v. 24.) opponantur in Sancto deponendas ac asservandas esse. V. Shering. l. c. p. 167. 168. Licet autem, quæ ad hæc ipsa dubia regei probabiliter possint, non omnino desint; Rem tamen in medio relinquens, iudicium suspendo.

Qv. IV.

Quoties in Sanctum Sanctorum Pontifex M. hoc die ingressus fuerit?

Resp. Mirè hic Philologi partim, partim & Theologi variant. Quod *Augustini*, *Origenem* secuti, attinet sententiam, stantem, Pontificem M. quotidie quidem Sanctum Sanctorum ingressum esse; semel autem tantum expiationis gratiâ: *Sigonii* it. Tr. de Rep. Ebr. l. 5. c. 2. p. mh. 349. assertentis, eum quotidie quidem Sacerdotum comitatu stipatum, semel autem sine illis hoc die intrasse: Nec non *Ebraeorum*, affirmantium, eum vel quovis die, dummodò decenter id fieret, vel pro re nata, & ubi necessitas id exigebat, consulendi Dei gratiâ pedem eò intulisse, nemini, ut puto, ea arridebunt, cum Scriptura S. & Antiquitas Ebraica, quas velut Cynosuram hic sequi convenit, taceant, imò contradicant; Iis autem tacentibus & nos tacere nec quidvis pro lubitu fingere decet. Nec quicquam iis patrocinetur exemplum *Mosis Sacra-*
rium

rium illud intimum sapiusculè ac liberè ingressi: Si enim persona Pontificis M. ab eò, qui continuus divinæ voluntatis Interpres Deique amicus fuit, distingvatur, res erit salva. V. B. Frischmuthi Orat. Inaugur. de Pontificatu Mosis, Apostatz illi famosisimo Nihasio eundem asserenti oppositam. De quo contra eundem jam antea nonnulla attulerat B. Glasius in Mantissa ad Phil. S. p. 1492. seqq. *Restant g. due sibi è diametro oppositæ sententiæ; Quarum altera asserit, Pontifici M. unâ saltem vice Adytum in hoc festo, quotannis recurrente, ingredi licuisse; Altera non quatuor præcisè ingressus cum Ebræis defendit, sed tribus vel tot ad minimum distinctis vicibus Adytum intrasse Pontificem M. affirmat quot requirebantur & sufficiebant ad id, ut acerra suffitus, ignis thuribulum, sanguis juveni, & sanguis hirci (post sparsionem sanguinis prioris demum mactati) vasculis peculiaribus excepti in Sanctum Sanctorum commodè ac decenter inferrentur; quorum sane illationi ingressus unicus vix ac ne vix quidem sufficere potuit. Aa. t. Veteres t. Recentiores, eosque t. Theologos t. Philologos utriusque sententiæ magno numero subscribentes consultò omittimus. Argumenta utriusque partis prolixè & accuratè diducta Vid. possunt apud Excell. Dn. Dantz. à p. 55-68. qui haud obscure in posteriorem inclinat Cui nos quoque claræ textus literæ vestigia legentes, non potuimus non in descriptione calculum addere. Ut paucis, quæ adversæ sententiæ Patroni in contrarium asserunt, attingam, objiciunt illi partim *Autoritatem* eamque, t. Divinam Ex. 30, 10. Lev. 16, 2. & 34. Ebr. 9, 7, t. *Humanam* Philonis præcipuè & Josephi; p. *Rationes*, omnia scil. unâ vice, si suffitus in ignem conjiceretur, & sanguis sanguini permisceretur, inferri potuisse; Actus mactandi hircum ejusque sanguinem inferendi præsupponi, & sic, quamvis sanguinis hircini aspersio alteri tanquam posterior subjungatur, unam tamen utriusque fuisse illationem &c. V. præp. B. Varen. in Decad. ad h. l.*

Verum Resp. Quod ad *autor. divinam* attinet, ea omninò contra nos non facit. Ex. 30, 10. enim de altari suffitus, unâ tantum vice quotannis sanguine illinendo, sermo est; non autem de ingressu Pontificis M. in Adytum, quæ 2. tanquam distinctissima non sunt con-

25.
 confundenda. *Lev. 16, 2.* ne $\gamma\epsilon\upsilon$ quidem de simplici ingressu
 habetur. In *vers. 34.* Vox קָרַב non tam ad ingressum Pon-
 tificis M., quam ad omnes actus t. primarios t. secundarios re-
 fertur, hoc unico die quotannis peragendos. *Ad Ebr. 9, 7.* vel
 cum *Dr. Dantio p. 65.* reperi potest, particulam $\alpha\pi\alpha\zeta$ non tam
 ingressui quam ministeriis applicandam esse; Vel, particulam
 hanc de Sancto Sanctorum & Pontif. M. adhibitam, cum opposito-
 rum eadem sit ratio, eodem hic capiendam esse sensu, quo op-
 posita & in *prac. vers. de Sancto ac Sacerdotibus gregariis* ad-
 hibita particula $\delta\iota\alpha\pi\alpha\rho\tau\omicron\varsigma$: Cum autem hæc, fatente ipso *Vare-*
nio l. c. non horas, momenta & vices, (Id enim *Scripturæ Sacræ* re-
 clamaret) sed dies determinet; Idem sane, quamvis id *Varenius*
 constanter neget, de partic. $\alpha\pi\alpha\zeta$ (ut & קָרַב *Lev. 16, 34.*) va-
 lebit. *Josephi & Philonis*, qui ut aliàs ita & in hac materia haud
 leves admiserunt errores, autoritatem non moramur: *Quam-*
vis probatu esset facillimum; *Josephum* nobis non contradicere,
 sed amicè potius nobiscum conspirare. *Ad Rationem priorem*
partim jam supra responsum est, partim Resp., eam directè Scriptu-
ræ Sacræ contraire. *Ad posteriorem Resp., apertè itidem id con-*
textui reclamare, qui simplici & continuo hic decurrit filo histo-
 rico; *Quin potius de V. וְעֵשְׂרוֹן הַפָּנִים* v. 9. asserimus, eas per
 anticipationem capiendas, aut, quod malimus, *præf. 1* per *ut* red-
 dendum esse. *Conf. geminam huic g'yon* in v. 6.

Qv. V.

Quodnam fuerit objectum sparsionis in A-
 dyto (v. 14. 15.)

Resp. è Textu Ebræo, Pontificem M. sanguinem spargere de-
 buisse (scil. semel, quod tanquam sensum literalem non im-
 probabiliter urget $\text{עַל פְּנֵי הַפָּנִים}$ h. l.) *super faciem,*
 vel, *in superficiem propitiatorii* (Exempla similia de $\text{עַל פְּנֵי הַפָּנִים}$
 V. in *B. Nold, Conc. Part. p. 730. & 732.*) & *septies* $\text{הַפְּנֵי הַפָּנִים}$

D

ante

ante propitiatorium (V. B. Nold. l. c. p. 429. 430.) in pavimento a parte anteriori ei proximum. Eadem est ratio sparsionis de sanguine hircino factæ in vers. 15., ubi וַיִּזְרֹק simpliciter exponitur per paric. וַיִּזְרֹק quæ ratione significatus famosioris denotat super. Clarissimæ huic Scripturæ Sacræ literæ promtè subfringunt aures Aben-Esra h. l. & ceu videtur, וַיִּזְרֹק Duces hosee sequuntur Polus, Junius (qv. conspersionem propitiatorii) Varenius, qui hinc Lutheri versionem rectè corrigat, & Dn. Dantzius l. c. p. 96. 97.

Jam, quid statuendum sit de *sententia Talmudistarum* in Tr. Joma c. 5. §. 3. & 4. Maimon. loc. cit. c. 3. §. 5. & qui hisee suum adjiciunt calculum, Sheringhamii in Annot. p. 110. sqq. B. Noldii l. c. p. 1086. ac aliorum, qui, propitiatorium ipsum sanguine conspersum esse negant: Quæ cautione adhibita legendus sit *Joseph. Ant. Jud. l. 3. c. 10. p. mh. 39.* ubi duplicem committit errorem, dum (omisso propitiatorio) testum (tabernaculi) septies totidemque vicibus pavementum aspersum esse contendit: Quodnam item judicium de *Maimon. l. c.*, dubiū tamen, & *Junii* opinio sit ferendum, qui sparsionem septies repetitam Sancto Sanctorū adentam, Sancto tribuunt, ex modò dictis per se patescit, ita ut soli lucem affundere omnino sit supervacaneum; Partim enim textui contradicitur (à Talm. & Josepho) partim manifesta ejus fit torsio à *Maimon. & Fr. Junio*, qui alias versione sua (principiis Grammaticæ Accentuat. &c. inter omnes fere versiones latinas quàm maximè conformi,) ut & aliis scriptis doctissimis Scaligeri elogium satis magnificum (quod habet *Gatakerus Cinni l. 2. c. 9. p. 266.*) ex parte meritis fuit.

Qv. VI.

Quodnam fuerit sparsionis objectum, in Sancto? (v. 18. sqq.)

Resp. *Scriptura Sacra* h. l. Pontificis M. ex adyto egressui confestim subjungit ejusdem ad *altare suffusus auratum* accessum, quod,

27.

quod, ubi munere circa ejus cornua defunctus fuerat, septies a-
 sperfit: De aliis nulla expressa fit mentio. Hanc sequitur *Joseph.*
 qui l. 3. c. 10. interiora fani circa altare septies aspersa esse ait, nul-
 la veli mentione facta. *Talmudista* autem l. c. c. 5. § 4. & ex iis
 Maimon. l. c. ac וישׁוּב in h. l. observant, non solum in altare; Ve-
 rum & *velum* versus sanctum inter & adytum protensum, sangui-
 nem esse sparsum. Hisce assurgunt Junius, Shenringh. p. 114. 115.
 Varenius & alii haud ignoti Aa. Urgent autem pro sua sententia
 (1) Voces vers. 16. וישׁוּב . Sic faciet Tentorio conventus
 (spargendo scil. in eo sanguinem; sicuti in Sancto Sanctum fece-
 rat) (2) v. 18. & 19, in quibus cum de aspersione & expiatione al-
 taris thymiamatum tantum agatur; huic tamen non minus quam
 Adyti expiationi hæc Sancti per sparsionem facta expiatio con-
 tradistingatur (3) *Aulariæ* וישׁוּב .

Mens equidem mihi non est, Aa. hisce Clarissimis morosè refragari.
 Interim si cui, probationibus istiusmodi non contento, respon-
 sionè parere luberet, regerere haud improbabilius posset ad (a) Vo-
 ces illas non pro ipsorum, sed pro contraria facere sententia. *Sive* e-
 nim dicas, Voces hæc cum sequentibus, uti ceu posterius versicu-
 li hujus membrum ad prius, quod de expiatione agit, non autem ad
 versiculos præcedentes, de sparsione agentes sint referendæ: Ita
 nec de aspersione sanguinis, sed de expiatione, quâ Sanctum æ-
 que ac Sanctum S. expiandum erat, esse explicandas: *Sive* ex a-
 bundanti ipsis concedas, agi hic etiam de aspersione, monstrari
 tamèn potest, nullum alium nisi hunc excipi posse sensum: Uti
 Sanctum Sa. non quidem ipsum, sed in eo propitiatorium (Pontif.
 M.) asperfit; Sic & Sanctum non ipsum aut ejus Velum; Ve-
 rum in eo altare aureum consperget, qui sensus exactè congruit
 cum verbis Særipturæ seqq. modò adductis. Ad (b) Concedi,
 expiationem Sancti altaris expiationi contradistingvi; Non au-
 tem ejus aspersionem. Ad (c) וישׁוּב fulgore Talmudis ex-
 cecatum, ad assensum huic sententiæ præbendum, vobis
 obstringere posse neminem.

D 2

Qv. VII.

QV. VII.

Quid cum hirco emissario in deserto fuerit actum?

Resp. Doctores Talmudici l. c. c. 6. §. 6. affirmant, eum à ductore suo *de monte quodam precipitatum*, ac ubi radices ejus nondum attigerit, in particulas divulsam esse. Quid Philologi hic sentiant, apud ipsos passim videre & pluribus perlegere licet. Scripturam Sacram si consulamus, altum in ea de momentosa hac circumstantia reperimus silentium; quippe quæ V. saltem וְעַל de eo adhibet, de qua Conf. Lev. 14, 7.

Addi his potuissent & aliæ quæstiones; v. g.: *An Pontifex M. vestes quinquies permat are; Corpus quinque, & manus ac pedes decem vicibus abluere debuerit* uti statuunt Talmud. in Tr. Joma Maimon. II. cc. וְעַל ad v. 4. Lev. 16. &c.: Verum cum Spiritus S. hæc ad numerum binarium expresse restrinxerit, non est, quod hinc ac aliis similibus diutius immoremur.

CAPUT V

agens

DE RITUUM HORUM
ABROGATIONE.

Ritus hosce legales una cum aliis abolendos tandem fuisse, aperte in Textu nostro *vers. 29. & 30.* asseritur, dum ibidem eorum celebratio וְעַל vocatur. Quæ verba, quo sensu sint accipienda, clare satis exprimitur in loco huic parallelo Lev. 23, 31. ubi adduntur V. וְעַל monstrantes, וְעַל non absolutum, sed restrictum hic innuit, & per consequens statutum hoc, templo ac urbe destructis, defitutum esse. De abrogatione in genere multa, quæ huc applicari facile

facile poterunt, suppeditant B. Chemnit. P. 2. L. de Lege c. 5. B. it. Gerh. Brochm. & Qyensted. in L. de Legg. Cerem. & Forensibus, quique specialius de hac materia egerunt, Franz. in Schola Sacrif. & Müll. in Judaismo passim. Conf. quoque Dn. Dantz. Diss. de animal. Esu Interdictis c. 5. p. 51. seqq.

Fuit autem abrogatio horum ritum (*α*) *Ominosa* (*β*) *Realis*. *Illā* probatur ex Talmud. Hierof. Tr. Jomaf 43. (citantibus Light. footo in Horis p. 237. & Boch. l. c. c. 657.) ubi notatur, sortem Deī (לַיְיָ) quæ antea ad manum dexteram semper prodierat, post obitum Simeonis Justi, quandoque dexteræ, quandoque sinistra obtigisse; Hircum emislarium in desertum aufugisse vivum, ibique à Saracenis comestum esse; Linguam coccineam quandoque dealbuisse, quandoque rubram mansisse &c. Quibus forsan accenseri posset arcæ & propitiatorii, in quod sanguis spargendus erat in Templo Secundo defectus: Quamvis Talmudistarum de 5. rerum defectu effatum summo alias consensu receptum in dubium vocarint Müller. Jndaismi P. I. c. 15. p. 477. seqq. 483. seqq. Hackspan. in Not. Philof. P. II. p. 1021. ad Hagg. 18. Ex Scriptura *Vaticinium Caiphae*. Joh. 11, 50. seqq.; It. ex Matth. 27, 51. *Velum discissum* referri huc possent.

Realis, quæ huic successit, facta p. tempore mortis Christi (Joh. 9, 30.); p. in Concilio Apostolico & N. T. primo (Act. 15), tandem urbe ac templo funditus deletis. De qua eleg. Danhavv. Hodof. p. 469. *Synagoga*, inquit, usque ad Christum vixit, Christo moriente, moriua est, usque ad excidium urbis honestè habita, cum ipsis urbis cineribus sepulta.

SECTIO II.

sistens

USUM RITUUM horum in THEOLOGIA.

Spatiosus hic campus, in quem liberius evagari licuisset, se nobis aperit. Potuisset enim usus hic dilucidè monstrari in Theo-


30.
log. *Exegetica*, præpr. in dictis N. T. v. g. Act. c. 27, 9. Rom. 3, 24.
27. Joh. 1, 29. &c. Ubi vel verbis ac figuris, à ritibus hinc defum-
tis, res N. T. describuntur; Vel ritus hi ad Christi Sacerdotium ac
Spiritualia applicantur (Conf. B. Glass. in Rhet. S. c. 13.) Quo in
genere præ aliis excellit ac profundissimus est illustris ille Gentium
Doctor in Aureo illo Cultus Levitici Commentario Mystico, E-
pistola scil. ad Ebræos, & quidem qy. hosce ritus capp. 4. 5. 6. 7. 9.
10. & 13. Explicari itidem prolixius potuissent, quæ & quanta Theol.
Thetico-Polemica adversariorum, Socinianorum puta, Judæorum
& aliorum strophas in Artic. de Christo &c. refellendo; *Homiletica*
typos ad Antitypum applicando hinc decerpserit ac in usum su-
um haud inutiliter converterit. Verum cum falcem in a-
lienam segetem mittere prohibeamur, hæc la-
tius diducenda alii loco & tempori
reservamus.


DE O autem soli sit Gloria!

Errata.

p. 4. l. 22. substituatur diei pro die. l. 23. juvenum pro juvenum,
p. 7. l. 25. suffiendi pro sufficiendi. p. 10. l. 7. benedit. pro benedit. p. 11.
l. 19. combur pro cobur. p. 12. l. 1. suffiendi pro sufficiendi. l. 15. sacri-
ficiorum pro sacrificorum. l. 23. reliquis pro reiiquis. p. 13. l. 34. præpara-
tor. pro præparar. p. 19. l. 1. terminationem pro terminationum. p. 20.
l. 20. vocum pro vocem. l. 28. deleatur (p. 22. l. 26. erudit pro emdit.
p. 24. l. ult. Adytum pro Adyrum. Occurrunt & alia quædam præ-
primis in numeris, quæ B. L. facile animadverteret.







fluente Nili & ex his expectatam anni fructu
pietati. Imò malim ut nunquam flumina
excandationibus pellicitur & sacrificiis
verò postea pejus habuit Resp. Roma
Nilus agrorum canonicorum irrigato
dictione intumuit, ita largè se effudit u
trarium metum conjecti Aegyptii, ne
pertimuerint. XVIII.

Sed ad ultimum est accedendum
maria cœlis, per quæ Auctor nostri libri
quàm Solem & Lunam, quæ sunt lumina
spicui per se visibiles, quibusq; mediantib
omnia. Arist. l. 3. de anima c. 3. Sol Aegypt
Græcis summae venerationi fuit. Pe
maximus Deorum dictus, ut & de A
quod maximum Deum solem agnove
& Floridani eum adorant hanc ob c
re suo omnia producat; unde cibum
ri & sacra facturi partem de esca Sole
Ultima Floridanorum subditi. vid. A
35. paulò ante quàm ver inciperet, te
nibus instructum, obtimis herbis con
cornibus collo & ventri fructus selec
Ornatam pellem cum tibiis & cantio
nissimâ procerissimâ arbori impone
re orienti obversis. Preces suas sum
Solem effundebant, supplices rogant
jam obtulisset fructus iterum produc
quidam eorum Rex, teste Gothofr. in
cum hoste pugnandum esset, victoria
XIX.

Ex recentiori historiâ hæc pauca
C 2

eposuisse
re verâ
Anne
rtè, sed
a bene
in con
rentur,
t lumi
itelligit
tus per
cetera o
ibus &
Jagetis
feritur,
mensis
d calo
umptu
jiciunt.
mi icone
m cor
uebant,
gabant.
e amœ
& pecto
tiâ erga
odi quos
r. Est &
cùm ipsi
catus.

e Grön
lan.

